

FABVLARVM
POETICARVM
P. OVIDII META-
MORPHOSI DESCRI-
ptarum

INTERPRETATIO ETHI-
ca Physica & Historica.

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER VIII.

FAB. I. JAM NITIDVM &c.

De Nilo Rege in Halyætum, & Scylla
in Cirim.

Dissimilia exempla hic observanda sunt: alterum scele-
ris, alterum virtutis. in Scylla vituperatur scelus, quod
ipsa in patriam & patrem commisit: in Minoe commen-
datur virtus, impiam & nefariam puellam detestante.

Exemplum
sceleris in
Scylla, &
virtutis in
Minoe.

Observanda sunt item exornationes sententiarum, qui-
bus exprimuntur fluctuantis animi affectus: & conside-
randa sunt argumenta, quibus Scylla utitur ad extenuan-
dum proditionis scelus:

Argumen-
ta prodito-
rum.

--sæpe utile vinci

Victoris placidi fecit clementia multis.

Sic enim plerumq; argumentantur proditores & patri-
cida patria, pratendentes bonitatem, clementiam, iusti-
tiam & potentiam hostis. Præterea hic etiam locus consi-
deratione dignus est, ubi Scylla sic exclamat:

Pœna pro-
ditorum.

exige